

## IN MILONIANAM

plebis accurrerunt: eisque hortantibus vulgus imperitum  
 corpus nudum ac calcatum, sicut in lecto erat positum, ut  
 vulnera videri possent in forum detulit et in rostris posuit.  
 Ibi pro contione Plancus et Pompeius qui competitoribus 29  
 5 Milonis studebant invidiam Miloni fecerunt. Populus duce  
 Sex. Clodio scriba corpus P. Clodi in curiam intulit cre-  
 mavitque subselliis et tribunalibus et mensis et codicibus  
 librariorum; quo igne et ipsa quoque curia flagravit, et  
 item Porcia basilica quae erat ei iuncta ambusta est.  
 10 Domus quoque M. Lepidi interregis—is enim magistratus  
 curulis erat creatus—et absentis Milonis eadem illa Clo-  
 diana multitudo oppugnavit, sed inde sagittis repulsa est.  
 Tum fasces ex luco Libitinae raptos attulit ad domum  
 Scipionis et Hypsaei, deinde ad hortos Cn. Pompeii,  
 15 clamitans eum modo consulem, modo dictatorem.

Incendium curiae maiorem aliquanto indignationem civi-  
 tatis moverat quam interfectio Clodi. Itaque Milo, quem  
 opinio fuerat ivisse in voluntarium exsilium, invidia adversa-  
 riorum recreatus nocte ea redierat Romam qua incensa erat  
 20 curia. Petebatque nihil deterritus consulatum; aperte  
 quoque tributim in singulos milia assium dederat. Contio-  
 nem ei post aliquot dies dedit M. Caelius tribunus plebis  
 ac Cicero ipse etiam causam egit ad populum. Dicebant  
 uterque Miloni a Clodio factas esse insidias.

25 Fiebant interea alii ex aliis interreges, quia comitia consu-

1 accurrerunt *S*: accucurrerunt *PM* obstantibus  $\Sigma$ , *corr.*  $\pi$   
 2 ac calcatum *Daniel*: caldatum  $\Sigma$ : calciatum *Manutius* 3 possent  
*P*: possint *SM* 5 duce Sex. *P*: duces et *SM* 7 mensis *S*:  
 mens *PM*, *corr.* 5, *ed. Iunt.* 9 basilica *P*: ballica (bali- *M*) *SM*  
 12 sed inde *Halm*: deinde  $\Sigma$  13 luco *Wagner*: lecto  $\Sigma$  libi-  
 tineratos  $\Sigma$ , *corr.* *Manutius* 14 adortos  $\Sigma$ , *corr.* *ed. Iunt.* 17  
 interfectio *P*: interfecti *SM* 19 retractus *S*<sup>1</sup> romam *P*:  
 domum romam *S*: romam romam *M* 20 nihil deterritus *Madvig*:  
 milo deterius  $\Sigma$ : nihilo deterius *ed. Ald.* 21 singulos singula *KS*  
 23 ac Cicero 5: ac ci *P*: acci *S*: aci *M*: atque *Madvig* egit  
*Madvig*: etiam (et *M*)  $\Sigma$ : eius egit *Halm* dicebat *Madvig* 25  
 qui  $\Sigma$ , *corr.* *Beraldus*